

1738.

1. Beny, James Marcus: De legitimis parentum,
ab communione bonorum conjugalem, in foro
Titterensis exale.

2.⁶. Herbel, Augustus Henricus: De differentia curatorum
litis et bonorum.

3. Kuehn, Iacobus Antonius: De iuri's & ob'sone Maritali
bonum in sacra Romana imperio.


4.¹³. Lübin, Ludolphus Gottlieb: De clausula coricillari
in testamento expressa et praeceptu subintellecta.
2. Sacrap.

5. Schmette, Henricus Melchior: De apostolis Christianorum
ad Judaismum.

6. Schmettarius, Henricus Melchior: De eo, quod postea
est circa restitutio nem mutata monetae
bonitate.

7. Stroeker, Ioannes Michael Bernardus : De praescr.
Trombus.
8. Stroeker, Cor. Wilhelmus ; Facult. iuridicae Ex-decanus :
... et ... Dissertationem inay... (Abraham
Gouweli Tschirnerij) invitatus.
9. Stroeker, Cor. Wilhelmus, Facult. iuridicae Decanus :
... et ... Dissertationem inay. (Ludolphus Gartne
rus Lüdin) ... invitatus
10. Stroeker, Cor. W. M., Facult. iuridical decanus :
... et ... Dissertationem inay... (Johannus Henr. Beaufic
ius) invitatus.
11. Stroeker, Cor. Wilhelmus, Facult. iuridical de canus :
... et Dissertationem inay... (Dr. Michaelis
Bernardus Stroekeri) ... invitatus

12. Strecter, Can. Wilhelmus : De curatione nephritum,
hairestate potiora repurata, cum patruis aut eritis
aor vel arat^s sacerdotium
13. Strecter, Can. Wilhelmus : De sententia ipso iure
nulla
14. Strecter, Can. Wilhelmus : De mortuis.
15. Strecter, Can. Wilhelmus : De marito fundo dotalium
alimenta.
16. Strecter, Can. W. : De doctrina successioneis
particula, quae non est abuso in Germania
17. Strecter, Can. W. : De nepotibus ex filia orbitis,
in successione fundi, pro masculis et feminis
concessi, matrteras et patruis magis filios
excludentes.
18. Strecter, Can. W. : De eo, quod postea est
circa pecuniam lastriam vix Petrus Zell?
19. Strect, Dr. Philippus Fac. juri^{re} Decanus :
ad. . . Dr. iniquoreum (corp. Chirurgico) Tibiri



Thalma 1738,1
DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA,

DE
LEGITIMA PAREN-
TVM, OB COMMVNIONEM
BONORVM CONJVGATEM,
IN FORO ZITTAVIENSI
EXVLE,

QVAM
EX DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS
IN PERANTIQA ACADEMIA
ERFORDIENSI,

PRO
GRADV DOCTORIS
AC SVMMIS IN VTROQUE JVRE HONORIBVS ET PRIVI-
LEGIIS RITE CAPESSENDIS,
DIE XXVII. AVGUSTI, A. M DCC XXXVIII.
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI
SINE PRÆSIDE
PVBLICÆ ERVITORVM DISQVISITIONE
SVBMITTET
AVCTOR ET DEFENSOR
JOHANNES ANDREAS BENZ,
Remlinga-Francus.
ADVOCATUS ZITTAVIENSIS.

ERFORDIAE. Litteris HERINGII, Acad.Typogr.

DISSESTITATO INAGETURUS LIBRICE
DE
LEGITIMIA PARENTALI
TITULORUM COMMUNIONIS
BODORUM CONVENTU
IN FORO SITTAVIENSIS
EXACTE

EX DECERITO ET ACTOTORIATATE
MICHNIIC TUTORVM ORDINIS
IN LITERIS SOCIARUM MAGISTERIA
PER DEDICATORIUM
GRATA DECOTORIS
IN AVANTIONE DECOTORVM MAJORIS
SVAE ET XPC
JOHANNES ANDREAS BENZ
ACADEMIAE THEODORICAE
DISCIPULUS

VIRIS

MAGNIFICIS, PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
EXCELLENTISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
DOCTISSIMIS ATQVE PRUDEN-
TISSIMIS

INCLVTÆ REIPUBLICÆ
ZITTAVIENSIS
DOMINIS
CONSVLIBVS,
SYNDICO,
PRÆTORIBVS,
SCABINIS,
SENATORIBVS,
DOMINIS ATQVE PATRONIS
SVIS,

OMNI, QVA PAR EST VENERATIONIS ATQVE OBSEQVII
CVLTV PROSEQVENDIS
SPECIMEN HOC IN AVGVRALE

D. D. D.

AVCTOR

ALB
MAGDEBURGENSIS
EXCELSITATIS AVGVSTI CONVENTUS ET ALIA
DOCTRINAE ET LITERATURA PASTORALIS
TYPIS
INCIVITATE RHEPUBLICAE
SITHIENENSIS
D O N I S
CONSERVATORIAS
SYNDICO.
PRETORIAS
SCABINIS
SENATORIAS
DOMINIS VTOAE PATRONIS
SAIS
OMNI. QVA TUTA VNGUARIA TUTA OTTONIA
TUTA PROSPERANIA
SPECIMEN HOC MAGNARTE
A. D. D.

AVGLOZ





Q. D. B. V.

X quo de conscribendæ meæ dis-
sertationis inauguralis dictæ argu-
mento sollicitus fui, alia alii præ-
stantior sese mihi obtulit juris ma-
teria, ita ut optio mihi difficilis es-
set. Tandem placuit quæstio juris statutarii
Zittaviensis, hactenus valde dubia & ambigua.
Est enim inter Legistas, & morum localium
tenaces apud nos desuper semel iterumque lis-
mota, nondum vero statuti declaratione pu-
blica ex jure incerto cerrum redditum, neque
res in contradictorio, ut vocant, quantum
ego scio decisa, sed contentiones partium per
amicabilem compositionem plerumque sopi-
tæ, aut ex diffidentia causæ penitus intermis-

A 2

sæ

sæ. Cum itaque Legistarum argumenta sint vulgaria, & cuivis haud ignota, veniam L. B. dabit, si rationes meæ, breviter adductæ nutu ac renatu vix respondeant; Interim vale faveque!

§. I.

Successio conjugum juribus & moribus Germaniæ varia est, quia Jus civile Romanum non in omnibus Provinciis & locis per modum regulæ receptum, ita, ut qui in eo se fundat, habeat intentionem fundatam. Quæ controversia etiam oritur in Foro Zittaviensi circa materiam de successione conjugum, parentibus adhuc in vivis, liberis vero ex justo matrimonio natis, ante defunctis.

§. II.

Animadvertis autem plurimum in statu causæ rite formando sicutum esse, tanto majorem diligentiam circa eum recte formandum impendendam esse judicavimus. Consistit enim theorema Juris Controversi in eo: *An scilicet maritus parentibus uxoris sue prædefundet, post procreationem liberorum ex justis nuptiis, ante matrem tamen demortuorum, legitimam de illatis & bonis adventitiis edere teneatur?* Negativam cum teneamus, ad titulum DE LEGITIMA PARENTVM, OB COM. MVNIONEM BONORVM CONJUGALEM, IN FORO ZITTAVIENSI EXVLE, dissertationi nostræ præfigendum commoti sumus.

§. III.

§. III.

Antequam vero in ipsa argumenta sententiae nostræ inquiramus, simulque quæ huic opinioni obstent, refutemus, verba statuti, huc facientia opponere placet, quæ offendimus in Tit. I. Von Erbfällen §. 21. dergleichen ist es auch mit der Frauen / wo sie sich mit ihrem Ehe-Manne vererbet hat und ihre Kinder / die förder nicht Kinder hinter ihnen lassen / vor ihr auch todt sind / so bleibt ihr Drittheil / mit der Gerada und Klüsten-Geräthe bey des Mannes zwey Theilen / und keines ist des andern Freunden davon was zu geben verpflichtet / sondern erbet daselbige sein Guth nachm Todte auf seine nächste Freunde.

§. IV.

Non abs re erit, juxta morem consuetum, in ipsas voces inquirere, cum principium eruditionis intelligentia verborum sit, horumque prior ratio habenda L. 1. ff. de reb. cred. Verba autem rubricæ cum notissima sint, id circa eo breviores lineas circa eorum derivationem & explicationem ducere, potissimum vero respectum in acceptancee juridica habere æquum putamus. I.) Legitima à lege dicitur, quia sola lege sine testatoris judicio aut arbitrio constituitur L. 7. ff. de bon. damnat. FRANZ K. in commen. ad Tit. ff. de inoff. testam. §. final. n. 1. audit etiam quarta, §. 6. J. de inoff. testam. eo, quod olim indistincte quarta portio ejus partis est quæ alias ad liberos ab intestato perveniret, auctam vero à sacratissimo Imperatore Justiniano eam esse pro numero succedentium ex Nov. 18, c. 1. satis constat.

A 3

(II.

II.) Parentes à verbo parere nominati, nobis propriæ dicti veniunt, à quibus originem per nativitatem naturalem, eamque legitimam trahimus, non cognati aut propinqui, qua in significatione sèpius tam in scriptorum profanorum libris accipitur, cuius exempla congesit CASAVBON. ad CAPITOLIN. in M. ANTON. PHILOS. c. 5. ad verba: adoptatus in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reverentiam quantam privatus exhibuit, quam præprimis apud Gallos, qui voce Parents cognatos intelligunt. III.) Communio autem honorum conjugum juxta statuta Zittaviensia, describitur, quod sit societas inter conjuges statuto approbata, vi cuius utraque pars bona sua in communem sortem consert, æquale lucrum & damnum invicem in se recipiendo. Tandem IV.) vox exul nobis hic denotat, quod exulat ex urbe Zittavia, neque in illa locum habet legitima parentum, adeoque extra solum patrium est, sive in eo non recepta, sive per metaphoram à patria quasi pulsâ, vel proscripta.

§. V.

Evolutis igitur terminis, quid circa legitimam parentum, tam secundum Jus civile, quam patrium, scilicet statuta Zittaviensia, obtineat, despiciendum est.

§. VI.

Parentibus legitimam de Jure civili deberi, si ad regulas illius succeditur, extra controversiam est, eamque miserationis & pietatis ratione, itemque propter reciprocum successionis jus, quo cum liberis gaudent, communis DD. sententia approbat, ita ut plerique

cum

cum LAVTERBACHIO in Compend. Jur. Tit. de inoff. testam. p. 49. n. 109. ex jure naturæ materialiter eam parentibus competere autem, cuius sententiæ fundamentum in Nov. 1. præfat. §. 2. Et cap. 1. de testam in 6. quærunt. Decisio hujus quæstionis, cum nobis in responsione ad argumenta contraria non contemnendam utilitatem præbeat, in antecessum paucis delibanda est.

§. VII.

Jure naturæ liberos egentes parentes alere obstratos esse, nemo inficias ibit, cum necare videatur, qui alimenta denegat, ipsum autem jus naturæ neminem laedere præcipiat. Ut igitur liberi & parentes habent, unde se alere posint, relinquenda illis est aliqua portio bonorum, quæ in jure legitima, voce in sensu latiori sumta, dicitur, hæcque, eo, quod alimenta contineat, jure naturali illis competere debet, ex adducto principio.

§. VIII.

Verum enim vero cum nobis vox legitima hic in sensu strictiori, quatenus alimenta haud complectitur, sed tantum portionem hæreditatis, parentibus post mortem liberorum, absque vivis descendantibus denatorum, debitam distincte denotat, quæstio quasi præjudicialis oritur: *an hoc legitima parentum debeatur jure naturæ?* Distinguo autem ante omnia inter officium liberorum erga parentes necessitatis & inter officium tale saltem humanitatis. Parentes sane jure naturali non habent jus absolutum & perfectum exigendi

di portionem hæreditatis à liberis relictæ. Quamvis enim liberi à parentibus regulariter educantur, quæ educatio sine sumtibus fieri non solet, tamen liberi ad restitutionem sumtuum illorum absolute haud obligati sunt, quia parentum est, liberos educare, utpote in causa sint, ut existant, liberi vero, cum se ipsos educare nequeant, ab aliis ut educentur, necesse habent. Hinc liberi postquam educati sunt, parentibus quidem debent gratum animum, sed non restitutionem sumtuum. Ex quo sequitur: *Legitimam jure naturali parentibus non absolute deberi.* Quam sententiam HVGO GROTIUS de J. B. & P. L. 2. c. 7. §. 2. B. GRIEBNERVS in Pr. Jur. Natur. L. 4. c. 6. §. 5. confirmant.

§. IX.

Lege civili tamen introduci potuit, ut liberi, opibus instructi, parentibus suis, deficientibus descendantibus, partem hæreditatis, in compensationem sumtuum, & ut inopes parentes post mortem liberorum se honeste sustentare queant relinquere obligati sint. Sic Nov. 1. præfat. partem quandam patribus & matribus distribuendam præcipit; Rationes, quibus Romani in sua Legislatione uti solent, non semper captandæ sunt, cum plerumque in iis adducendis plus justo soleant esse liberales, & mox ad ipsam naturam, mox ad æquitatem, provocant. Ita in genere pro legitima liberorum & parentum urgetur favor alimenterum, nec tamen propterea aliis in legibus valor huic vult tribui, quæ militi facultatem parentibus admendi legitimam concedunt L. 9. & 24. C. de inoff. testam.

testam. Jus Canonicum Cap. 1. de Testam. in 6. legitimam liberorum & parentum confirmavit, sed ex iisdem rationibus; unde dispositio Juris Canonici incidit cum dispositione Juris civilis Romani.

§. X.

Jus autem naturale varie sumitur, atque primario denotat vel facultatem moralem libere agendi, vel legem, ita, & non aliter agendi. Priori in sensu concedimus, Legitimam esse juris naturalis, v. B. THOMAS. Jurispr. div. L. 2. c. 12. n. 104. seq. quia certam partem hæreditatis parentibus relinquere lege divina naturali non est prohibitum, imo consilii, & æquitatis, si liberi sunt locupletiores, parentes vero in opes. Pertinet tamen hoc consilium ad jus imperfectum v. Obs. Hal. rom. 6. obs. 27. seq. neque inde sequitur obligatio liberorum universalis, sed officium saltem humanitatis & gratitudinis, aut, si mavis, miserationis & pie-tatis. Quatenus vero jus naturale sumitur pro Lege, & necessitate, ita, & non aliter agendi, negamus, Legitimam esse juris naturalis absolute obligantem.

§. XI.

Strato igitur sufficienti fundamento, legitimam non esse juris naturalis, quatenus pro lege sumitur, sponte sua inde sequitur, eam lege & consuetudine loci speciali contraria minui & prorsus tolli posse arg. E. 35. ff. de divers. regul. Jur. ZOESIVS ad ff. Tit. de inoff. testam. n. 109. Jus enim Romanum saltem receptum est, salvis consuetudinibus Germaniae, B. STRYCK. in U. M. ff. pref. §. 27. seq. SCHILT. pr. Jur. Rom. Ex. I.

B

§. 22.

§. 22. Sic legitima parentibus debita, in ipsa Republica Romana videbatur rigor Legis nimis universalis, unde I^ct^r Romani eum rigorem ad milites haud pertinere statuebant, iisque facultatem, parentibus adimenti legitimam, expresse concedebant. *d. L. g. § 24. C. de in off. Testam.* Id autem, quod nulli Romano justum erat, aliis civibus æquum erit. Ubi igitur consuetudo loci ante receptionem Juris Justiniane obtinuit contraria, ibi magis & primo respiciendum ad statuta loci conf. HERTIVS diff. de consult. *LL. § Jud. in spec. R. German. Imper. Rebus publ. §. 10. seq.* De statuto SCHWEIDNICKI & JAVERENSI, in Ducatu Silesiae ubi pater liberos legitima pro lubitū privare potest, testis est B. STRYCK. in *U. M. ff. Tit. de in off. testam. §. 17.* statuti SERVESTANI, quod liberis legitimam maternam auferat, meminit J. CÖPPEN. in *usu Pract. Inst. imperial. L. 1. Obs. 121. n. 15.*

§. XIII.

Ratio dicendi à me tamen petit, ut paulo altius ad originem hujus legitimæ progrediar, qui in Romanorum statu civitatis & necessaria hæreditis institutione querenda. Nimurum parentes liberis legitimis, & vice versa liberi parentibus, ex testamento legitimam cum hæreditis institutione necessario relinqueret tenebantur. *Tit. I. de quarel. in off. Nov. 117.* Hunc Romanorum statutum civitatis & factiōnē testamenti ignorabant Germani antiquissimi, teste CORN. TACIT. de mor. Germ. c. 20. verb. hæredes sui cuique liberi, § nullum testamentum. Si liberi non sunt, proximus gradus in suc-

successione fratres, patrui avunculi. adeoque etiam Legitimam tum liberorum, tum parentum. Unde varia statuta civitatum Germanarum vestigia, Juri Romano contraria. Præsertim Zittavia nostra amavit jus patrum antiquum, aliquando & oppressum feliciter restauravit. Pertinet hoc communio omnium bonorum inter conjuges, quæ in Germania olim ubique obtinuit. v.III. BÖHMER *Introd. in Jus Digest. L.22. Tit. 21. §. 21. in fin. add. D. JOH. GE. KNOBLAUCH. Diff. inaug. de communione honor. inter conjuges Zittav. Lips. 1731.* hab. Quare de hac communione scribere hic supersedeo. Sufficiat nobis significatum vocis in statuto occurrentem, veretbet, quod liberos ex justis nuptiis procreare denotat, ex ipsis verbis statuti *Tit. I. cit. §. 8.*

Gewinnen aber Ehe-Leuthe Kinder mit einander, und Erben.
explicuisse.

Jure enim patrio dirigitur successio ad modum communionis bonorum, quæ constituitur, si liberi à parentibus vivi, ex justis nuptiis nascuntur. Apud Zittavienses olim hi boni mores per solam traditionem ad posteros translati, instar legis valebant, adeoque & materia successionis Zittaviensis non secundum LL. scriptas, & jura peregrina, in genere recepta, dijudicanda, sed ex fontibus juris patrii, non scripti, sed traditi, atque per actus civium idoneos publica paprobatione introducti.

§. XIV.

Effectus hujus communionis bonorum est, quod

B 2

ex

ex collatione bonorum §. IV. descripta, ipsa omnium bonorum proprietas & dominium quoddam inter conjuges communicetur arg. L. 58. ff. pro soc. mutuumque ius succedendi superstici conjugi in bona universa, liberis amplius non existentibus, tribuatur. Sic enim de marito statuta disponunt Tit. 1. Von Erb-fällen §. 17.

Und dieweil wir denn in dieser Königlichen Stadt zu solchem Rechte sijgen/ daß der Mann/ der sich mit seinem Weibe vererbet/ in den Güthern, so sie mit einander überkommen, zwey Theil und das Weib ihren dritten Theil erbet/ so soll niemand kein Heer Gewette in des Mannes zwey Theil/ auch niemandes kein Küsten Geräthe in des Weibes Drittheil haben. Denn allein die Kinder/ es seyn Sohn oder Tochter/ welche die Eltern überleben/ die theilen solches gleich unter sich.

de uxore superstite. § 20.

und stirbt der Mann/ der sich mit seinem Weibe also vererbet hat/ und daß seine Kinder/ die forder nicht Kinder hinter ihnen lassen/ vor ihr Tode seyn/ so bleibt seine zwey Theil samt dem Hergewette bey seinem nachgelassenen Eheweibe/ und ihrem dritten Theil.

& §. 21.

dergleichen ist es auch mit der Frauen/ wo sich die mit ihrem ehlichen Manne vererbet hat/ und ihre Kinder/ die forder nicht Kinder hinter ihnen gelassen, vor ihr auch tott seyn/ so bleibt ihr Drittheil mit der Gerade und Küsten-Geräthe bey des Man-

nes

nes zwey Theilen/ und keines ist des andern Freunden davon was zu geben schuldig/ sondern erbet dasselbige sein Guth nach dem Tode auf seine nächsten Freunde.

§. XV.

Vides hic Ius traditum in scripturam redactum, quod sub Rego SIGISMUNDI, Gloriosiss memoriae, Ao. MDX. primitus factum. Quæ temporis circumstantia ideo notanda, quia Ius Rom. demum sub Maximiliano, constituta Camera, erupit. Lusatia Marchionatus autem regno Bohemiae in corporatus fuit, ita ut receptio juris Romani, quoad legitimam parentum, per modum regulæ in nostra Zittavia antea probanda est. Qui itaque se fundat in jure Justinianeo & Canonicō, tanquam jure communi, in Lusatia recepto, non statim habet intentionem fundatam, quia utrumque Ius in Lusatia tantum receptum est per modum exceptionis, ubi scilicet statuta loci, & jura provincialia, denique iura Saxonica, silent, nihilque determinant. Quæ cum ita sint, salvis moribus Zittaviensibus, statuimus, quod communio bonorum universalis inter conjuges impedit atque excludat legitimam parentum. Vir aut uxor enim, si liberi ex matrimonio quidem extiterint, ante parentes autem rursus è vivis decesserint, conjugi post mortem in universa bona existit hæres.

§. XVI.

Rationes pro negativa, sive quod parentibus, qui
B 3 su.

superfunt, non debeatur legitima, patent ex antecessis,
 quia scilicet 1) Legitima parentum jure Divino positivo & naturali non est præcepta, adeoque jure Divino Universali liberæ facultatis 2) quod Jus Romanum & Canonicum in Lusatia tantum receptum sit per modum exceptionis, salvis scilicet statutis loci, & juribus provincialibus 3) quod is, qui in verbis statuti Zittaviensis se fundat, habet intemtionem fundatam 4) quod
s. 17. 20. & 21. Tit. 1. von Erb-Fällen statuta Zittavien-sia se invicem interpretentur, 5) quod jus hoc singula-re civitati competens, sit instar exceptionis & privile-gii, in favorem communionis bonorum conjugalis, & commercii inde promovendi utiliter concessi, 6) quod omnia causæ & rationi inducti hujus juris singularis, etiam quoad legitimam parentum, exacte respondeant.
 Quod si enim coniux coniugi in universa bona solus existit haeres & omnes alii statuto excluduntur, sequi-tur, quod & parentibus in bonis defunctæ conjugis non debeatur legitima. Maritus enim aut uxor, de-tracta legitima parentum, non in bona universa, quod tamen existentia prolis operatur, sed in quædam tan-tum bona succederet, neque commodo & lucro ex ista communione resultante, plenarie frueretur. Nostram quoque sententiam 7) insigniter juvant verba in *Tit. 1. s. 19. stat. Zittav. occurrentia:*

So aber die Eltern beyde tod / was alsdenn von Gerade und Heergewette vorhanden / theilen die Kinder / so viel deren am Leben / zugleich unter sich / wo aber nicht Kinder seyn / so nehmen es des lebt- verstorbenen Eltern nächste Freunde/

cum

cum hoc casu solis ultimo defuncti conjugis proxime succedentibus universa hæreditas, nulla interjecta mentione legitimæ parentum, deferatur. Nec malè 8) argumenutum à contrario pro nostra sententia ex hoc ducitur, quod juxta stat. Zittav. Tit. III. von Erbnehmungen dispositum sit, parentes, liberis sine prole defunctis, generatim succedere, ergo facta procreatio ne sobolis, eaque ante parentes defuncta, ab ultimis defuncti conjugis proxime succedentibus parentes legitimam exigere minime posse infertur.

§. XVII.

Promissi in §vo III. memores, nunc ea, quæ sententiae nostræ objiciuntur, adducamus. Præcipuum contra sententiam nostram argumentum exinde desumptum est, legitimam parentibus jure naturali deberi, quam vero vulgarem opinionem §vo VIII. removimus, simulque ad LL. adductas in §. IX. tespondimus, ita, ut præter GOTHOFREDI assensum in notis ad L. 7. ff. de bon. damnat. pro nostra opinione plura addere super sedeamus.

§. XVIII.

Majorem vim *Const. El. Saxon.* 12. P. 3. tanquam legi publicæ, qua statutum aut consuetudo, parentibus legitimam adimens, nullum dicitur, inesse appetet. Ast dum Constitutiones Electorales in Lusatia superiori in vim legis publicatas esse nullibi deprehendamus, & statutum hac in causa à Serenissimo Electore expresse non revocatum, potius ei ad huc standum est.

§. XIX.

§. XIX.

Ratio tamen aliorum maxime apparens est, qui ideo legitimam parentibus adscribunt, quia ea statutis non sit expresse admota, à liberis vero regulariter adimi non possit CARPZ. P. 3. C. 12. def. 1. 3. ET. 4. unde saltem singulare in foro Zittaviensi esset, ut si de legitima parentum respectu filii, mariti, queratur, ea ex duobus mariti partibus, si vero respectu filiae uxoris, ex tertia uxoris parte adhuc sit petenda & relinquenda. V. D. KNOBLAVCH d. diff. in aug. de commun. honor. Conj. Zittav. cap. 2. §. 24. ibique præjudicium F. J. Vit. M. Dec. 1727. Non tamen hæc sententia propter argumenta §vo XVI. adducta valet.

§. XX.

Nec ad rem quicquam facit, statutorum verba stricte esse accipienda, non vero ex tendenda, HARTM. PIST. L. 1. Q. 16. n. 23. statutum enim Zittaviense quando parentibus legitima ex eo denegatur, non extitit, sed quod ejus rationi jam inest, ex statuti mente tantum declaratur, per ea, quæ tradita sunt §. XVI.

§. XXI.

Denique non insimum argumentum pro legitima parentum ex statuto Zittaviensi, Auffgaba dicta, ducitur, quæ eundem effectum cum communione honorum, per procreatos liberos habet, atque in eorum locum surrogatum est, unde etiam soboles chartacea, ein Pappiernes Kind dicta. vid. D. I. C. KIBEL.

BEL in diff. de Auffgaba Zittaviensi §vo XXV. quæque ut jure valida sit, requirit, ut parentibus legitima salva maneat. D. KIBEL. in cit. diff. §. XXII. Sed respondeo, quod in Auffgaba Zittaviensi, quæ est donatio inter virum & uxorem reciproca, statuto loci permitta, jam consuetudo specialis contraria, de legitima parentibus relinquenda, invaluit, vid. Formulam de Auffgaba Zittav. in d. diff. D. KIBEL id quod tamen de successione conjugum ab intestato, liberis quidem natis, sed ante parentes rursus defunctis, dici nequit, potius secundum jus traditum, conjux conjugi solus existit hæres.

§. XXII.

Plura quidem de legitima parentum dici possent, verum cum nobis paucis eam attingere animus fuit, ulteriorem autem deductionem aliis, præstantiori iudicio pollutibus, relinquere, Deo Ter Optimo Maximo devotissimas persolvimus grates pro clementissime concessis viribus, & humillimè obtestamur velit canticibus nostris impostorum benignissimè adesse, eosque in sui gloriam, & proximi utilitatem dirigere, sic eorum felicissimus erit.

F I N I S.



et p[ro]cessus

XXX.

Prima d[omi]ni de religiis p[re]monstratis sibi posse
etiam cum non possit p[re]dicti etiam aliud videtur
in h[ab]itu[m] sacerdotum sacerdotio[n]em sibi
eo possentius esse, etiam dicitur, D[omi]n[u]s O[ste]r M[ar]tin[u]s
de monachis p[re]dictis etiam dicitur, etiam
concessione papae sibi videtur, etiam dicitur, etiam
cum non possit p[re]dicti etiam aliud videtur
in h[ab]itu[m] sacerdotum sacerdotio[n]em sibi

posse.

FINI.



Erfurt, diss., 1738

ULB Halle
005 367 816

3





1738/11

DISSE^TAT^O IN AVG^RALIS JVRIDICA,

DE
**LEGITIMA PAREN-
TVM, OB COMMVNIONEM
BONORVM CONJVGATEM,
IN FORO ZITTAVIENSI
EXVLE,**

^{QVAM}
EX DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS
IN PERANTIQA ACADEMIA
ERFORDIENSI,

PRO
GRADV DOCTORIS
AC SVMmis IN VTROQVE JVRE HONORIBVS ET PRIVI-
LEGIS RITE CAPESSENDIS,
DIE XXVII. AVGUSTI, A. M DCC XXXVIII.
IN AUDITORIO JCTORVM MAJORI

SINE PRÆSIDE
PVBLICÆ ERUDITORVM DISQVISITIONE
SVBMITTET
AVCTOR ET DEFENSOR
JOHANNES ANDREAS BENZ,

Remlinga-Francus,
ADVOCATUS ZITTAVIENSIS.

ERFORDIAE. Litteris HERINGII, Acad. Typogr.